

Gratias Tibi tandem, tota S. S. Trinitas, ago: quod vitam & amictum te-  
 hae largissime mihi concesseris: quod gratiam tuam in studiis tractandis tam  
 largitus fueris: quodq; sub alio sole ac celo degenti bonos Patronos  
 Benefactores semper praeberis. Quis eloquetur fortitudines Teborae,  
 opera gloriosa eius? Quis enarrat omnem laudem eius? Nemo est: qui  
 beneficia enarrare possit. Et licet ego miser peccator te laudare  
 possim, ut convenit, & majestas ac dignitas tua postulat: propterea ta-  
 men non tacebo; sed nomen tuum sanctissimum indefesso studio laudabo, quan-  
 tum potero. Iustitiam, & gratiam, & misericordiam tuam praeedicabo ac cele-  
 brabo: quamdiu fuero: & quamdiu spiritus vitalis in me fuerit, non obliviscar  
 beneficentiam, quae praestitisti mihi. Is enim narrabit iustitiam tuam, tota  
 salutem tuam: tamen non novem numeros. Insuper & lingua mea, qua  
 laudabo Tibi, tota sic loquetur de iustitia tua, semper dicens: Laudabo Deum  
 sanctitatem eius: laudabo eum in firmamento fortitudinis: laudabo eum in  
 operibus: laudabo eum secundum multitudinem magnitudinis eius. O-  
 mnis spiritus laudet Dominum. Te tandem supplex oro ac veneror: in ut po-  
 tuerim gratiam tuam ad omnes res peragendas mihi largiaris orationem, utq; in  
 doctrina & agnitione voluntatis tuae, in bonis ac liberalibus artibus  
 virtutibus, ad gloriam tuam divinam majestatis & animam meam salutem, in  
 prospera ac probitate, indies maiora incrementa capiam. Da: ut De Deo, &  
 Creatorem & Salvatorem, ex toto corde semper timeam, diligam, &  
 omnia, in Deo confidam, & in praecipis tuis ambulem. Custodi me quoq;  
 doctrina corrupta, falsis cultibus, aut impia conversatione inficiam, &  
 avaritia, & ebrietate, a vagis libidinibus,  
 praeserva me a sodalitate prava, & ignavo. Quum autem cordis humani lapsu primorum parentum de-  
 generata cogitatio mala sit a pueritia: aufer quaeque stultitiam, quae in pra-  
 vitate nascitur: ne nimium innata infirmitati indulgeam, atq; malitia  
 crescam. Tu, o sancte Deus, insere pectori meo nominis tui tri-  
 butum, & Spiritus S. regat ac dirigat me ad omne bonum: ut verbum  
 tuum, & mandata tua diligam, obsequer ea semper in corde meo,  
 tanquam ornamentum corporis mei: ut in vera fide  
 Christiana obedientia Tibi serviam non solum in hac; sed & in futura  
 vita. Post Deum Deo, plurimum Reverende Primarie, Dne F. E. S. E. R. E.,  
 obsequio colende, debitas pro variis beneficiis Tibi gratias acturus, pri-  
 mo nomino. Tibi utiq; merito persolvende sunt gratiae: quippe qui curam  
 pro me cessisti: qui bonis consiliis me adiuvisti: quiq; unum de salute  
 sollicitus fuisti. Tu mihi huius loci degenti solus firmus extitisti: in quo  
 quaeque meae res meas exposuerim, in quas item scribis, si  
 quid ad-